



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

- ANNO CHRISTI 416.
- XIV. *Vt episcopi, pro tempore consecrationis sue, literas ab ordinatoribus habeant.*
 - **dicitur, XV. Vt ubi primum quis * legerit, ibi permaneat clericus.*
 - XVI. *Vt pro causis ecclesiarum executores vel aduocati a principe postulentur.*
 - XVII. *Vt neque dimissus, neque dimissa, alteri coniungantur.*
 - XVIII. *De his qui in sua prouincia non communicant, ut alibi non communicent.*
 - XIX. *De clericis qui apud principem seculare iudicium aut synodale impleuerint.*
 - XX. *Vt sine formatis nemo ad comitatum proficiatur, & qua-*
 - liter formatae fiant.
 - XXI. *De episcopis qui, quod repertere poterant, pretermissa Synodo, inuiserunt.*
 - XXII. *De clericis qui de iudicio episcoporum suorum conqueruntur.*
 - XXIII. *De his qui apud haereticos pœnitentiam acceperunt.*
 - XXIV. *De episcopis negligentibus aduersus haereticos.*
 - XXV. *Vnde supra.*
 - XXVI. *De virginibus quæ infra vigintiquinque annos, necessitate cogente, velantur.*
 - XXVII. *De episcopis qui post acta Carthaginensis Synodi retenti sunt ad reliqua peragenda.*

P R A E F A T I O.

^g **G**LORIOSISSIMIS imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis viris clarissimis consulibus, vi. Kalendas Septembris, in ciuitate Mileuitana, in secretario basilicæ, cum Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginis in Concilio vniuersali consedisset, astantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: *Quoniā ecclesiæ sanctæ vnum est corpus, omniumque membrorum caput est vnum, factum est, volente Domino, ac nostram infirmitatem iuuante, vt ad hanc ecclesiam conueniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quæso caritatem vestram, quia ita credendum est, quod noster accessus ad vos, nec superfluus nec insuavis est cunctis, ideoque pariter quædam de causis fidei, vnde nunc quæstio Pelagianorum imminent, in hoc cœtu sanctissimo primitus tractentur: deinde subsequantur & aliqua, quæ disciplinæ ecclesiasticæ necessaria existunt.*